



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Bvlla Contra Impedientes Inquisitores haereticae prauitatis in suo
Inquisitionis officio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

A priuatis etiam domibus inquirantur; & qui reperti fuerint tales habere libros, debiti penis coerceantur: contumaces aut grauiter in hoc delinquentes procul a fide apostatantes castigentur in ceteris non molestentur Hebræi: contradictores appellatione remota puniantur.



VNIVERSIS & singulis venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, ac dilectis filiis aliorum locorum ordinariis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1554.

Ex bibliotheca Illustrissimi Illustrissimi Iulij Antonij Sanctissimi Cardinalis sanctæ Seuerinæ.

B CVM sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, licet alias venerabiles fratres nostri. S. R. E. Cardinales hæreticæ prauitatis in vniuersa repub. Christiana Inquisitores generales certum Hebraicorum librorum volumen Ghemarot Thalmud nuncupatum, nonnulla indigna, & legem diuinam, orthodoxamque fidem offendencia continens, de mandato nostro damnauerint: & igne comburi fecerint: nihilominus inter ipsos Hebræos adhuc esse dicantur diuersi libri contra Christum redemptorem nostrum, eiusque sanctissimum nomen, & honorem blasphemias, & ignominias continentes. Nos in præmissis oportune prouidere volentes, vobis & vestrum cuilibet per præsentem committimus, & mandamus, quatenus singulis vniuersitatibus Hebræorum infra limites iurisdictionis vestræ consistentibus ex parte nostra intimatis & notificetis, quò delapsis quattuor mensibus, a die intimationis, & notificationis huiusmodi, omnes & singuli libri, in quibus nomen Iesu saluatoris nostri, quod Iesui hanozi, dicitur, cum blasphemia, vt alias ignominiose nominatur, tam in eorum synagogis, & locis, publicis, quam priuatis domibus, & alijs vbique locorum diligentissime exquirantur, & quoslibet libros huiusmodi penes se quoquo modo habere reperti fuerint, debiti penis, tam pecuniarijs, & confiscationis honorum, quam si eorum contumacia, aut qualitas delicti id exegerit, corporis etiam ultimi supplicij, ac alias prout a fide Christi apostatantes puniuntur, irremissibiliter puniantur, & nihilominus eiusdem quattuor mensibus elapsis per vos, vel alium, seu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, libros huiusmodi cum omni diligentia inquiratis, & studiose inuestigatis: inquirique & inuestigari faciat, & eos, quos libros huiusmodi penes se habere repereritis, penis quibus apostatantes præfati puniuntur, omnino & irremissibiliter puniat: Non permittentes de cetero eosdem Hebræos (qui in memoriam possessionis Dominicæ a sancta matre ecclesia tolerantur, vt aliquando mansuetudine nostra allekti ad verum Christi lumen, diuino afflante spiritu, conuertantur) a quibusuis etiam Apostolica auctoritate fungentibus occasione cuiusuis sortis librorum apud eos existentium, (dummodo blasphemiam, vt præfertur non contineant) nisi de nostro expresso mandato, quomodolibet vexari aut molestari: Contradictores quoslibet & rebelles, ac uobis in præmissis non parentes per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias arbitrio vestro moderandas & applicandas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, sententijs, censuras & penas prædictas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opes fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac ipsorum Hebræorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibus clausulis & decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus, approbatis & inuocatis. Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alijs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus. Contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter uel diuifim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem: Et quia difficile foret, præsentem litteras ad singula quæq; loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri; volumus & dicta auctoritate decernimus, quod transcriptis præsentium manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica constituti munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibite uel ostense. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxix. Maij. MDLIII. Pontificatus nostri anno quinto.

Claudius de Valle Sanctissimæ Romanæ vniuersalis Inquisitionis Notarius.

E ***BULLA CONTRA IMPEDIENTES***
Inquisitores hæreticæ prauitatis in suo Inquisitionis officio.

Nullę omnino personę publicę vel priuatę, quouis ingenio, colore, vel occasione immisceant se negotijs inquisitionis, nisi quatenus per Inquisitores fuerint requisiti. leges omnes huic ordinationi & canonibus ecclesiasticis obfistentes abrogent: contrafacientes omni Ecclesię suffragio & sacramentorum perceptione sunt priuati, & excommunicati, nec nisi per Romanum Pontificem absoluantur præterquam in articulo mortis.

Edita anno Do-
mini 1551.

Ex bibliotheca
nostra.

Ex bibliotheca
nostra.

Eym. parte. 2.
954.

In nomine sancte & indidivæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.
N O V E R I N T vniuersi, hoc præfens publicum tranſumptum inſpecturi, quod nos Ioan-
nes Baptiſta Cicada, Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epicoſopus Albinganen. S. D. N. Pa-
pæ eiusque Camerarij, necnon Curie Cauſatum Cameræ Apoſtolice generalis Audi-
tor, Romanæque curiæ iudex ordinarij, ſententiarumque & cenſurarum in eadem Ro-
mana Curia latorum, ac litterarum Apoſtolicarum vniuerſalis executor: habuimus, vidi-
mus, & diligenter inſpeximus litteras Apoſtolicas S. D. N. D. Iulij diuina prouidentia Pape, iij. heri,
quæ fuit dies Veneris Sancta, ſolemniter lectas & publicatas eiusque vera bulla plumbea cum cordula
rubei croceique colorum, more Rom. Curie pendente, bullata, & omni ſuſpicionē carentes, ſubſe-
quentis tenoris.

Iulius Epicoſopus ſeruus ſeruatorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

L I C E T à diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, etiam per ſpeciales conſtitu-
tiones in corpore iuris inſertas, fuerit tite & ſalubriter ſancitum atque decretum, vt ſæculi poteſta-
tes & Domini temporales ac prouinciarum, ciuitatum, terrarum & locorum quorumcumque recto-
res, quibuſcumque dignitatibus vel officijs aut nominibus cenſeantur, diœceſanis epicoſpis & in-
quiſitoribus hæreticæ prauitatis, in ipſo inquiſitionis negotio faueant & aſſiſtant, nemoque ex præ-
dictis poteſtatibus, dominis, & rectoribus, eorumque officialibus, de erimine hæreſis, cum mero ſec-
eſiaſticum, quoquo modo cognoſcat vel iudicet, neque diœceſano epicoſpo vel Inquiſitori ipſius
inquiſitionis negotio incumbenti ſe opponere, aut ipſum aliquatenus impedire vel impediētibus au-
xilium, aut fauorem ſcienter dare audeat, perpetuè damnationis ſententia in eos qui contra prædi-
cta fecerint promulgata, quam ſi per annum animo ſuſtinuerint pertinaci, ex tunc velut hæretici con-
demnentur: vſque adeo tamen in omnibus ſere non ſolum Italię, verum etiam alijs prouincijs, ciui-
tatibus, terris, & locis, complurium laicorum, ut accepimus, mundanę glorię proceſſit ambitio, vel
ſactorum Canonum inſtituta, vel eccleſiaſtica diſciplinæ contemptus, ut in animarum ſuarum per-
niciem atque interitum, diœceſanos epicoſpos & Inquiſitores a ſede Apoſtolica inſtitutos inſtitu-
tionis officium exercentes, alij ſub inſtituta prætextu, ne vllj ſcilicet fiat iniuria, impedire; alij vero ſub
pietatis colore, vt fontes ſcilicet ſæuieris puniantur, ſe ipſis diœceſanis epicoſpis, & Inquiſitoribus
adiungere, & vna cum eis de ipſo hæreſis crimine cognoſcere, proceſſus formare, formatosque ſuo
iudicio ſubmittere non erubescant. Cui ſane morbo iam nimis late progredienti, ſolitam ac ſalutarem
Eccleſiæ medicinam pro noſtra paſtorali ſollicitudine afferre cupientes, ſæculi poteſtates, dominos
temporales, ac prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum rectores ſupradictos, necnon quaſcum-
que alias ſæculares perſonas, tam priuatas quam publico quouis munere fungentes requirimus &
monemus, ac eis Ieſu Chriſti Redemptoris noſtri (cuius vices, licet immeriti, gerimus in terris) nomi-
ne præcipimus, ne diœceſanos epicoſpos & Inquiſitores ipſos in ſuo Inquiſitionis negotio nullo mo-
do impediant ſeu perturbent, neque ſe in hæreſis crimine cognoſcendo vel iudicando, quouis etiam
aſſiſtentiæ & fauoris colore, cauſa vel occasione (niſi quatenus ab ipſis diœceſanis epicoſpi aut In-
quiſitoribus ſpontanea & libera eorum voluntate fuerint requiſiti) ſe ingerant, ordinationes, prou-
iſiones & leges quaſcumque de ipſius criminis cognitione lãtas ſacris Canonibus obſiſtentes, & ec-
cleſiaſticam iuriſdictionem impediētes, ſine mora abrogent & deleant, prout etiam Nos eas omnes
inualidas fuiſſe & eſſe decernimus & declaramus, ac ex nunc pro abrogatis & deletis haberi volu-
mus & mandamus. Qui monitis his noſtris non obtemperauerit, quiue ſcienter in prædictis con-
ſiſtium, auxilium, aut fauorem dederint, nouerint ſe non ſolum per ſacras dictorum prædeceſſorum
noſtrorum conſtitutiones, vtum etiam per hanc noſtram ſanctionem ſiue ſententiã & declaratio-
nem perpetuo duraturam (quam auctoritate omnipotentis Dei, ac beatorum Apoſtolorum Petri &
Pauli, ac noſtra in ipſos non obtemperantes, quacumque illi præfulgeant dignitate, in his ſcri-
ptis proſerimus) communionē fidelium & omnium eccleſiaſticorum ſacramentorum preceptione
priuatos ac maledictionis, ac execrationis æternæ vinculo ligatos, anathematique, & maioris ex-
communicationis mucrone percuſſos; ita vt nemo vnquam in præmiſſis delinquens, niſi a nobis &
ſucceſſoribus noſtris canonicè intrantibus, etiam à nobis & dicta ſede hætenus em-
anatarum, & gratiarum, etiam conſeſſionalium nuncupatarum, etiam à nobis & dicta ſede hætenus em-
anatarum, uel in poſterum emanandarum, ſpecificam & expreſſam ac alias quam per verba ge-
neralia dæ præſentibus litteris noſtris mentionem non facientium, præterquam in mortis diſcrimine,
abſolui poſſit. Quibus etiam ceſuris ipſos diœceſanos Epicoſpos & Inquiſitores ſubiaceere volumus,
ſi laicos ſecum quomodocumque de ipſo crimine cognoſcere aut iudicare permiſerint. Vt autem præ-
miſſa omnia ad eorum quorum intereſt notitiam deducantur, nullusque de eis ignorantiam iuſte
prætendere poſſit, volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod præſentes litteræ per ali-
quos Curſores noſtros aut Notarios publicos in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe & Ec-
cleſiæ Lateranen. ac Cancellariæ Apoſtolice Valuis, nec non acie campi Floræ, vt moris eſt, publi-
centur, earum exemplo in ſingulis valuis & acie huiusmodi affixo & dimiſſo. Nulli ergo omni-
no hominum liceat hanc paginam noſtræ requiſitionis, admonitionis, præcepti, declarationis,
mandati, prolationis, voluntatis, & decreti, infringere, uel ei auſu temerario contrarie. Si quis autem
hoc

Officio Sanctissime Inquisitionis. ¶ 119

A hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae, Millesimo quingentesimo quinquagesimo, Quintodecimo Cal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Pro Reuerendiss. D.M. Card. Crescenti.
Io. Barengus.

Rom. Amaseus.

Letta & publicata fuit in die Veneris sancti, in Capella Sanctitatis suae, dum diuina celebrarentur officia.

B Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo. Indictione nona, die vero xxvii. mensis Martij, Pontificatus S. D. N. Iulij diuina prouidentia Papa tertij, anno eius secundo, Rascripta littera affixa & publicata fuerunt in valuis seu portis Principis Apostolorum de Vrbe, & S. Ioan. Lateran. & Cancellariae Apostolicae, nequaquam in Acie campi Flora, dimissis copijs per nos Petrum Gomez Freyle, & Franciscum Munos, S. D. N. Papa. Cursores.

Ita est, Petrus Gomez Freyle Cursor manu propria.

Ita est, Franciscus Munos Cursor manu propria.

Petrus Leobodie Magister Curforum.

C QVIBVS quidem literis diligenter inspectis, illas ad requisitionem Reuerendi Patris Magistri Theophili Tropien. ord. Prædicatorum Commissarij generalis S. Inquisitionis. Per notarium publicum infrascriptum, exemplari mandauimus & transumi, & in hanc publicam transumpti formam redigimus: Decernentes & volentes, vt huic presentis transumpti (iuxta eandem litterarum & decreti in eis appositæ continentiam & tenorem) plena fides vbique adhibeatur, ac si ipse originales littera exhibita vel ostensa forent: quibus omnibus & singulis auctoritatem nostram ordinariam interposuimus: & ad ampliore euentiam promissorum, Sigillum nostrum, quo in talibus utimur, presentibus duximus apponendum. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentis litteras, atque præsentis publicum transumpti instrumentum, exinde fieri, & per notarium publicum, nostrumque & dictæ curiæ coram nobis scribam infrascriptum, subscribi & publicari mandauimus sigillique nostri iussimus & fecimus impressione muniti. Datum Romæ in ædibus nostræ solite residentie, sub anno a Natiuitate Domini M D L I. Indictione nona, die vero xxvi. mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patri & D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papa tertij, anno secundo, presentibus ibidem discretis viris Dominis Bonifacio de Grangia, & Desiderio Bona auena notarijs publicis, & coram nobis scribis, clericis Gebenen. & Iullen. respectiue diocel. testibus ad præmissa inuocatis atque rogatis.

Adam de Inuidia eiusdem Curie Casarum

Locus sigilli

Gameræ Apostolicæ Notarius ff.

EDICTVM JLLVSTRISSIMORVM ET Reuerendissimorum DD. Cardinalium Reipub. Christianæ Inquisitorum generalium de comburendo Thalmud.

Illustissimi & Reuerendissimi Cardinales Inquisitores generales Reipub. Christianæ Romæ tempore Iulij iij. Pont. Max. Thalmud Hebreorum tam Hierosolymitanum quam Babylonicum comburi fecerunt: idē alijs Inquisitoribus priuatis sacre iubet. Præcipiunt insuper, ne quis tales libros aut quaslibet eorum partes penes se retineat sub granibus panis, neue à partibus infidelium adduci faciat.

E OS Ioannes Petrus Caraffa Episcopus Tusulanus, Rodolphus Pius de Carpo sanctæ Mariæ in Transiberin, Ioannes à Toledo Compostellanus S. Pancratij, Hieronymus Verallus sancti Martini in montibus, Iacobus Puteus S. Simeonis, & Sebastianus Pighinus S. Calisti, Titulorum miseracione diuina S. R. E. Presbyteri Cardinales in vniuersa Republica Christiana contra hereticam prauitatem Inquisitores generales, à sancta sede Apostolica specialiter deputati.

SVMMI Dei nostri prouidentiam, ac benignitatem, qua ut hominum genus ab errorum tenebris vindicatum in veritatis semitam perduceret, sua gloria splendorem, & cælis ad terram demittere, ipsiusque lucis radijs bonos pariter, ac malos perfundere dignatus est, quantum pro humana fragilitate nobis licet amulati totis gestiens affectibus pro iniuncti nobis officij sollicitudine non modo ab Ecclesiæ Christianæ finibus, perueria heresum & impietatum dogmata eliminare quotidie pro

Edita anno Do
muni. 1561.
Ex bibliotheca
nostra.